Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

BREVIS

et sine matre sine genealogia nec
initium dierum nec finem habes
uite assimilatus autem filio dei manet
sacerdos in perpetuum. Intuemini autem
quantus sit hic cui et decimas dedit
decipatriarcha abraham patriarcha
Quidem de filiis leui sacerdotium
accipientes mandatum habent deci
mas sumere a populo secundum legem
id est a fratribus suis quamquam et ipsi
exierunt de lumbis abrahe. Cuius
autem generatio non enumeratur in eis
decimas autem sumpsit ab abraham
et hunc qui habebat repromissio
nes benedixit. Sine ulla autem contra
dictione quod minus est a maiore
benedicitur. Et hic quidem decimas
morientes homines accipiunt ibi
autem contestatur quia uiuit in eter
num. et ut ita dictum est habham
et leui qui decimas accipit decima
tus est. Adhuc enim in lumbis pa
tris erat. quando obuiauit ei mel
chisedech. Si ergo consummatio per
sacerdotium leuiticum erat. plus
enim sub ipo legem accepit quid ad
huc necessarium fuit secundum ordinem
melchisedech alium exsurgere sac
dotem. et non secundum ordinem dic
aaron. Translato enim sacerdotio
necesse est ut et legis translatio fi
at. In quo enim hec dicuntur de alia
tribu est. de qua nullus altario pre
to fuit. Manifestum est enim quod
de iuda ortus sit dominus noster
In qua tribu nichil de sacerdotibus
moyses locutus est. Et amplius
ad huc manifestum est. si secundum
similitudinem melchisedech exsur
gerit alius sacerdos qui non secun
dum legem mandati carnalis fac
tus est sed secundum uirtutem in
te insolubilis. Contestatur enim quo
niam tu es sacerdos in eternum se
cundum ordinem melchisedech re
probatio quidem fit precedentis man
dati. propter infirmitatem eius. et in
utilitatem. nemnem enim ad perfec
tum adduxit lex. Introductio enim meli
oris spei per quam proximamus ad
deum. et quantum est non sine iure
iurando. alii quidem sine iure iura
to sacerdotes facti sunt. Hic autem cum
iure iurando per eum dixit ad illum
Iurauit dominus et non penitebit eum
tu es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech. In tanto me
lioris testamenti sponsor factus est
ihesus. Et alii quidem plures fuerunt
sacerdotes secundum legem
id uero quod morte prohiberentur
permanere. Hic autem eo quod mane
at in eternum sempiternum habet sacer
dotium. Unde et saluare in perpetuum
potest. accedens per semet ipsum ad
deum semper uiuens ad interpella
dum pro nobis. Talis enim decebat
ut nobis esset pontifex sanctus in
nocens immaculatus impollutus
segregatus a peccatoribus et excelsior
celis factus. qui non habet cotidie
necessitatem quemadmodum sa
cerdotes primum pro suis delictis hos
tias offerre deinde pro populo. Hoc